Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

phibuit iohannes dicens. Quia uidi spm descendentem quasi columbam de
celo. et mansit super eum. Bene columbe in specie descendit sup dnm sps.
ut discant fidles non aliter eius spm se posse repleri. nisi simplices fuerint.
nisi uera habuerint cum fratribus pace. quam significant oscula columbarum.
H abent aut oscula a corui. sed laniant. qd columba omnino non facit.
significantes eos qui locuntur pace cum proximo suo. mala autem in cordibus
eorum. Columbe autem natura que a laniatu innocens est illis innocentibus
aptissime congruit qui pace sectantur cum omnibus. et sci monia. sollicit
seruant unitatem spis in uinculo pacis. atq; ideo sps in columba descenden
do non sua tantummodo uel eius in que descendit innocentia simpli
citatemq; designat. sed eos eque qui sentiunt de illo in bonitate et in sim
plicitate querunt illum. quos unanimem pietatem ac mansuetudinem spi
ritali gratia donatam dns ipse laudans loquitur. Vna est columba mea.
una est matri sue. electa genitrici sue. Matrem quippe ac genitricem ecclie
sps gratiam uocat. qua inspirante percepit ut ipsa quoq; possit columba re
te nuncupari. Denique hebreo sermone quo scriptura sancta est edita sps
gener feminino appellatur. propter quod conuenienter ecclia una
xpi columba. et hec mater ac genitrix electa nominatur. quia nimi
rum qd in unitate fidei xpiane multis de gentibus congregatur. qd co
lumbina ad inuicem pace letatur. quod electionis sorte (sheporari) deberatur non suo
habet merito. sed dono accepit gratie spiritalis. Et ego inquit nesciebam eum. subaudis tam sublimem quam spm in eum descendentem cognoui.
S ed qui misit me baptizare in aqua. ille mihi dixit. Super quem uideris spm
descendentem et manentem super eum. hic est qui baptizat in spu sco. Baptizat
dns in spu sco. per sps sci gratiam peccata dimittendo; siue enim ipse aqua
aliquos discipulosq; suos prius baptizauerit per quos ad eorum fidles
baptismi riuus profluerit. eos de eius spu baptizabat peccata illis
relaxando et sps dona ministrando. siue fidles eius in uocato nomine